

J. Wang, préparation à l'agrégation de Lettres Modernes, 2021-2022

Quicumque ignotis lentus terit ocia terris,

Et uagus externo quaerit in orbe domum,

Quem non dulcis amor, quem non reuocare parentes,

Nec potuit si quid dulcius esse potest,

Ferreus est, dignusque olim cui matris ab aluo

Hyrcaenae tigres ubera praebuerint.

Non mihi saxea sunt durae regentia ferro

Pectora, nec tigris, nec fuit ursa parens,

Vt dulci patriae durus non tangar amore,

Totque procul menses exul ut esse uelim.

Quid namque exilium est aliud quam sidera nota,

Quam patrima et proprios deseruisse lares ?

Joachim du Bellay, *Elegiae* 7